

Band VIII., Nr. 3001, Seite 245-246

Abt Simon und Konvent von Comburg beurkunden die Beilegung ihres Streits mit den Brüdern Gottfried und Konrad von Rot über einen Hof in Hausen.

Ohne Ortsangabe, 1280. November 7.

Nos Symon dei gratia abbas totusque conventus monasterii in Kamberg recognoscimus tenore presentium litterarum, quod lis sive discordia, que inter nos Gottfridum et Conradum de¹ Rote vertebatur, taliter est sedata, quod predictus Gottfridus et Conradus debent sedere cum bonis suis in Hausen sitis iuxta Rote et attinentiis Hausen, videlicet silve prata et molendina, eo iure, quo Conradus pater predictorum Gotfridi et Conradi sedit cum iam dictis bonis per triginta annos pacifice et quiete. Preterea fuit hoc adiectum, quod ius deberet per notitiam explicari. Notitia vero hec est: rustici sedentes proximi ipsis prefatis bonis requisiti de iure dixerunt, quod, quando Cunradus pater predictorum Gottfridi et Cunradi rogavit rusticum sedentem in curia Hausen, quod ipse pasceret ei unam vacam per hyemem, hoc rusticus ille fecit et sedit in curia memorata. Item quando Conradus prefatus rogavit, preterea quando servus Conradi de Rotte rogavit rusticum sedentem in curia Hausen, quod daret ei pabulum vel fenum, hoc fecit rusticus iam predictus. Ceterum prenominatus Conradus de Rote et homines residentes in Hausen secuerunt ligna in silvis sitis Hartmansberg et in Satelege in tanta quantitate, quod ipsis ad sufficientiam curruum et aratrorum et ad edificia sufficienter. Eo iure, sicut iam predictum est, Conradus et Gottfridus filii Conradi de Rote sine inpetitione qualibet iuxta bona prehabita residebunt. Testes huius rei sunt: dominus Rabenoldus de Geilndorf, Symon de Rote, Conradus et Gottfridus de Rotte fratres, Cunradus de Zymmern, dominus Cunradus de Lindenawe, Heinricus de Michelfelt et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillorum videlicet nostri et conventus munimine fecimus roborari.

 Datum anno domini MCCLXXX., proxima feria quinta ante diem beati Martini.

Kopialbuch des Stifts Comburg, signiert Registraturbuch, S. 642: Abschrift einer im Jahr 1332 beglaubigten Kopie des vor dem Würzburger Offizial am 16. Juni (*in crastino sancti Viti*) 1304 getroffenen Vergleichs zwischen Abt und Konvent von Comburg einer und den Brüdern Gottfried und Konrad von Rot andererseits, in dem die vorliegende Urkunde wörtlich aufgenommen ist.

¹Verschrieben: *der*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 43 a, S. 642

Editionen:

Württembergisch-Franken, Bd. 6,2, S. 281.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Comburg Wohnplatz (3320)
 Comburg, Schwäbisch Hall, SHA
 Gaildorf Wohnplatz (2903)
 Gaildorf, SHA
 Hausen an der Rot Wohnplatz (3142)
 Hausen an der Rot, Oberrot, SHA
 Herrenzimmern Wohnplatz (3833)
 Herrenzimmern, Niederstetten, TBB
 Lindenhof Wohnplatz (3448)
 Lindenhof, Untermünkheim, SHA
 Michelfeld Wohnplatz (3114)
 Michelfeld, SHA
 Oberrot Wohnplatz (3155)
 Oberrot, SHA